



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Fasti Mariani**

**Brunner, Andreas  
Pfeffer, Wilhelm**

**Antverpiæ, [1659 erschienen] 1660**

S. Avxibivs E. 19. Februarij.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42032**

## S. AVXIBIVS E. 19. Februarij.

**A**VXIBIO patria Roma fuit ; natales & census patrij ; indoles à primis annis in Christianam religionem prona. Tam nobilem civem in exilium, qui minimè debebant, parentes egerunt. Cùm enim nuptias, ad quas hi pro imperio cogere velle videbantur, non possiet aliter quàm fugà declinare, in Cyprum abiit felicissimus exul. Nam fausto pede cùm in Marcum Barnabamque offendisset, ab illo fonte sancto tinctus & Christianis junctus est. Mox doctor pietatis ex discipulo factus, cùm primitias Deo sacrificulum Iovis peperisset, à Paulo magno Episcopus Soluntis est creatus. Mita dictures. Vnicus Christi miles AVXIBIVS totam sub jugum Evangelii urbem misit, & ne AVXIBIO careret, alterum, Auxibium accivit, & successorem in munere legit, consilium Deo probante. Nam fuit cùm sub arbore somnum cepit hic Auxibius, & noster superveniens spectavit ingens formicarum agmen à latebris suis ad dormientē iter instituere, vatesque futuræ dignitatis caput ejus in coronæ formam ambire. Itaque Auxibio insulam reliquit AVXIBIVS moriens. Tumulum ejus asylon ajunt fuisse morbidorum. Quin cùm ad hunc è Papho accurrerent XL. ab orco insessi, obvius ipse AVXIBIVS his prodit, & cedere sibi, ut æquum erat, è viâ dæmones fecit. *Ex Surio.*

*Quid cum terrâ illi, qui possidet calum? quid illi cum humanis, qui adeptus est divina? nisi forte placent gemitus, eliguntur labores, amantur pericula, pessima mors delectat, & illata mala bonis sunt gratiora collatis. S. Pet. Chryl. serm. 25.*

B. C O N.